



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**REPERTO||RIVM LIBRORVM TRI||VM IOANNIS BOEMI DE
OM||NIVM GENTIVM RITIBVS,||**

Boehme, Johann

Augustæ Vindelicorum, 1520

VD16 VD16 B 6316

Sygmundo Grym Avgvstano Optimarvm Artivm Et Medicinae Doctori
Excellentissimo, Ioannes Boemvs Avbanvs Tevtonicvs Fœlicitatem
Svmmam Exoptat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98144)

SYGISMUNDO GRYM AVGVSTANO OPTIMA-
RVM ARTIVM ET MEDICINAE DOCTORI
EXCELLENTISSIMO, IOANNES BOEMVS
AVBANVS TEVTONICVS FOELICI-
TATEM SVMMAM EXOPTAT.



OLLATVRVS me ad celeberrimū hunc morem:
quo omnes: qui vnq̄ a se scriptos libros in lucem
publicam addere: vnum aut plures e praestantiori
bus viris eligere solent: quibus proprie veluti defen-
soribus patronis: illos adscribant dedicerentq̄: Cum
huc atq̄ illuc multum diuq̄ circumspicerem: cui &
ego lucubrationes haec meas de gentium mori-
bus earundem viuendi ratione nomi nati m dedica-
re: & ad propugnandum tradere comprimis velim:

cui acceptas fore considerem. Nemo mihi te splendidissime ac humanissi-
me D. Doctor tum dignior: tum aptior occurrit: non propterea solum: q̄ eas
sub expensis tuis/ tuocq̄ sub mundissimo castigandissimoq̄ litterario prelo
impressurus: laudem quantulacuncq̄ mihi vnq̄ a grato & humano lectore
pro habitis laboribus efferit communem mecum habiturus sis. Verum q̄
te materia ea haud mediocriter delectari notanter ex eo cognouerim: q̄ an-
no superiori similes libellos duo: vnum de septentrionalibus gentibus: cu-
ius author Matthias de Michau: alium de meridionalibus cuiusdam Ludo-
uici de Bononia/ impresseris. Meq̄ librum praesentem in Germanicam lin-
guam nostram transferre interpretariq̄ adhorteris. Et hoc dignissime: quip-
pe: qui optime diu antea haec atq̄ alia: quae de externis nationibus memorant
omnia cognoris sciasq̄: licet non ex leuibus circulatoribus: nō ex vagis men-
dicis: qui vt vulgo admiratiores acceptioresq̄ sint/ adeo nefandissime absq̄
omni verecundia/ pleruncq̄ mentiuntur: vt nō ipsis modo non fides etiā mi-
nima habeatur: verum omnibus iuxta: qui aliquid de his/ aut scribunt/ aut re-
citant. Sed ex grauium fide dignissimorum authorū scriptis: quibus per dius
& pernox tu quocq̄ quandocuncq̄ a medicis curis vacari datur operam sum-
mam impendis: atq̄ ex hinc homini in publica praesertim administratione
constituto nihil vtilius/ nihil gloriolius iucundiusq̄ magis esse: q̄ veraciter
aut legendo/ aut peregrinando cognoscere: qua religione: quibus moribus:
qua regiminis forma: quibus legibus/ institutisq̄ aliæ per orbem gentes vi-
tam traducant: q̄ ita comparatum sit: vt illis: qui extra patrios agros ad se-
cundam vix lapidem vnq̄ peruenierint: quicq̄ ingenuorum morum & artium
in iuuentute parum aut nihil perceperint: quamuis naturæ suæ bonitati opu-
lenti/ facundi & solertes satis superq̄ in patriæ sinu populos moderentur &
vrbes: tantum tamen foelicitatis adiuuatur eis/ vt prope modum pro despica-
tis quicquid dicant faciantq̄ ab omnibus habeatur. Adiuerso alijs: qui pere-
gre aliquando profecti/ sub fidelibus & eruditis praceptoribus/ in claris pro

beq; institutis vrbibus egregia multa viderint didicerintq; tantum glorie & maieftatis adiciatur: vt nihil ab eis attentetur: nihil fiat: quod non fecus, q̄ diuinissimo oraculo præceptum alacriter non amplexetur: cunctisq; nõ sume placeat. Quapropter ornatissimè domine Doctor scripta hæc nostra: que ex multis præclarissimis rerum scriptoribus iam triennio ferme non sine maximis laboribus in librum istum collegi, congeffi, & quantum ingenio atq; industria potui augmentaui, a me obujs manibus & serena fronte suscipere velis: susceptaq; tanta diligentia, tanta fidelitate perlegere, perlustrare, examinare, ab omniq; macula expurgare, extergere: vt nihil vsquam prætermittat, nihil præterfluat, quod secum minutuli quippiam subripiat inuoluatq; qd̄ postea a lynceis vitiligatorum obstrigilatorūq; oculis inuentum, sphingis vnguibus enodatum, vipperis linguis compunctū, exhibilatumq; , in fame & nominis nostrorum amborum dispendium, atq; obfuscationem in omnibus triujs pro fabula iactetur: quod vbi diligentissime perfeceris: tum postremum sub dædaleo tuo literario prælo accuratissime imprimere & præfixis singulis libri capitibus imaginibus vti promisisti decorare. Vale præstantissime Doctor & me mutuo ama, Ex Vlma. Anno domini M. D. XX. Kalen. April.

GASPARIS VOLANDII SEV PANGEI
GRENINGENSIS AD CANDIDVM
LECTOREM SCAZON.

Aduorte paulisper animum lector: norunt
Vel saxa: q̄ sancta olim Homericò Vlyssi
Laus cesserit: q̄ mores hominum multorum
Cognorit & loca viderit: Sed cur nolis
Saltem legere: quæ candida dextra Boemus
Vernante Mufon exerit gaza: ponit
Situs locorum: hominum mores, leges, ritus,
Atq; hystoria quicquid tenet: sine quibus non
Vnquam Ciclum adsequere Pedeias: lector
Cognosce mi labores optimos: presto est
Fructus, voluptas & decus, & nomen: Certum est
Si per laborem quippiam egeris honesti:
Mox labor aberit: at decus aderit immortale:
Sin turpia vnquam per voluptatem tractes:
Fluet voluptas cito: superuiuet turpe.
Matura,

BOEMVS DOCTORI SVO SAGRVM

Hos hominum mores ritusq; situsq; locorum
Acceptos a me splendide Doctor habes: